

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Parentes g
cum fonte primo

Si te a uero patre separat,
tamdiu noscas carnis copulam,
quamdiu ille suum nouerit Creatorem.

Ieronymus super illud: Honora patrem et cetera.

honora patrem tuum, sed,
si te a uero patre non separat.
tam diu scito sanguinis copulam,
quam diu ille suum nouerit creatorem;
alioquin Dauid tibi protinus canet: audi,
filia, et uide et inclina aurem tuam et
obliuiscere populum tuum et domum
patris tui; et concupiscet rex decorem
tuum, quia ipse est dominus deus tuus.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 54,
3, 2 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.468, ll.4-10).